

Sermo

et

29

mode videant. Ad dilectos feruorez quia tanta erit inter electos dilectio quia quod vnus non habet in se habebit in alio. Ad loci habitatioez quia vna erit domus continens omnes sanctos. Beati qui hi. in do. t. ii. Ad vniuersi officij impletioez. Ibid. In scela scolorum lau. te. ysa. Inueniet in ea gratiam actum et vor lau. Ad vniuersi domini subiectioez quia inter electos nulla erit prelatio quia solus deus erit omnia in omnibus. Coz. O beata dignitas electorum qui separant a malis angelorum ministerio. Collaudantur de bonis operibus in die iudicij angelorum testimonio. semper delcant angelorum confortio. ii. Rogem. ii.

Dominica in septuagesima.

Simile est regnum celorum patrifamilias que existit primo mane. Mat. xx. Dominus ihesus qui venit in mundum pro salute hominum in hoc euangelio vult ostendere quanta sit ei cura et diligentia de animarum salute. quanta sit negligentia imo stulticia illorum que non habent timorem de sua damnatione. quanta sit eius bonitas et largitas in opum penitentie retributione que periculosus et dubius sit status que rumlibet christianorum quia licet sint omnes ad fidem vocati nullus tamen certus est de sua electioe et hoc est quod dicitur in fine euangelij. Multi sunt vocati. et vix simus de paucis electis deus scit hoc illud. De quo soli cognitus est numerus electorum. Nos autem hoc scire non possumus nisi per quosdam videtur sive signa ut ista dicit. Nunciamus ergo historiam euangelij que sic incipit. Dominus ihesus christus predicans quodam vice in parua magne societati. hominum et mulierum dixit istam similitudinem. Sicut est regnum celorum. Iste paterfamilias est christus que habet tres familias. Prima in celo vbi non sunt nisi boni. Alia in inferno vbi non sunt nisi mali. Et alia in mundo vbi boni sunt mixti cum malis nec tamen cognosci possunt que sunt per fidem boni et qui sunt per fidem mali nisi in recessu de mundo. Prima familia. scilicet supermax pascit eterna gloria. Secunda que non vult obedire deo nec de peccatis penitere pascit in enarrabili miseria et inextinguibili pena. Tertiam que consistit in corpore et spiritu pascit ex corporali et spirituali alimento. Sic ergo iste paterfamilias singulari familia habet merita non cessat prouide. Vinea eius. id est anima cuiuslibet que operatur vinea prope tria. Primum quod vinea nisi bene purgetur et putet omnino destruitur. Sic anima in qua continue crescunt male cogitationes vane et inuide mala terrena et nocive suspensiones et iudicia falsa verba vana et detractoria et noxia et que per omnes sensus corporis replet sic inmundicijs que nisi purgentur cultello confessionis et contritiois cooperante manu satisfactio nis penitentia destruetur et perdetur. Secundo quod nisi vinea ligno adhaereat